

time Intervenientem pro eo in Iudicio ad hanc causam, dicens, quod dum dicta Angenina (*sic*) teneat et possideat per se et alios eius nomine pacifice et quiete intus in dicta terra baroli et eius pertinentiis bona stabilia Infrascripta et Infrascriptis finibus designatis, prefatus Melillus Iure non verius Iniuram set assumptam temeritatem audacia eamdem Angeninam in possessione subscriptorum bonorum turbat indebite multipliciter inquietet et non permittendo ipsam predictorum bonorum subditorum Iusta et pacifica possessione gaudere seu fructus et pensiones ex ipsis percipere et habere. Quare dictus procurator procuratorio nomine quo supra petit eundem Melillum et quamlibet aliam personam pro eo legitime intervenientem ad hanc causam sin aliter per Vos et vestram Curiam prohiberi et sub formidabili pena mandari eidem seu Intervenienti pro eo ad hanc causam quod de cetero dictam Angeninam seu alios tenentes et possidentes pro ea in penam dictorum bonorum non turbat seu aliquatenus Inquiet nec Impediat ipsam ex ipsis bonis subscriptis fructus percipere pensiones redditus et proventus, predicta vero bona sunt hec videlicet, Domus una sita intus baroli in pictagio Marsicani iuxta domum Cerelle relicte qd. notarii Iacobi de Imbidia. a media transenda iuxta domum Magistri Ypoliti Magistri assie vias puplicas et alios confines, vinee due site in pertinentiis eiusdem terre baroli in cluso Santi barbati iuxta vineas notarii nicolai Magistri Masini iuxta vineas colucii porci et alios confines, Vineae una sita in eisdem pertinentiis baroli in cluso Marangi iuxta vineas dicte Cherelle iuxta vineas dicti Colucii porci et alios confines, quo Libello oblato et simili per eandem Curiam predicto Nicolao de Flore procuratori *etc.* Interrogatus, super tenore dicti libelli lecti et divulgariizati sibi per nos litem contestando respondit et dixit se ignorare omnia et singula posita in dicto libello *etc.* presente ibidem Iohanne procuratore dicte Actricis *etc.* et infra biduum post dictam contestationem litis procuratores partium certos articulos ad probandum in causa et defensiones generales apud acta Curie obtulerunt receptos per Curiam reservato eis possent producere alios articulos et conceptiones per totum mensem novembris *etc.* qui recepti fuerunt salvo Iure incompetentium *etc.* Nos vero quia aliis pluribus et necessariis dicte Curie eramus impediti de voluntate partium prorogamus audientiam usque ad presentem diem vicesimum quintum presentis mensis Madii presentis decime Indictionis *etc.* determinamus et diffininus dictam Angeninam tempore dicte litis contestate tenuisse et possedissee et nunc tempore presentis sive late esse in possessione dictorum bonorum, Et prohibemus eidem notario nicolao procuratori et dicto Melillo principali ut neque per se ipsos neque per alios super hiis presumant dictum Iohannem procuratorem et dictam Angeninam ut principalem aliquatenus molestare *etc.* Silentium imponimus in hiis scriptis hanc nostram summam preferentes presentibus in Iudicio Iohanne de Roberto et notario Nicolao de Flore *etc.* sub anno Incarnacionis domini nostri ihesu christi Millesimo Trecentesimo Quatragesimo secundo Regnante domino nostro Roberto *etc.* presentibus Iudice Corrado de Sanguino notario, Sebastiano de Madio, nardo speciario Mucii Iohannis de Neapoli et Lello qd. notarii Sebastiani de dicta terra baroli, quam scripsi Ego predictus notarius benedictus notarii Iacobi notarius ut supra *etc.* Sigillo capitanei ac sigillis ac subscriptionibus predictorum Iudicis Umfredi et Iudicis Pascalis et meo solito signo signavi superius ubi abrasum apparet Ego idem notarius Benedictus manu propria abrasi et emendavi non vitio set errore quia